





534.


532.



Rath 532 & 534.








Centimetres

TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007



75

Rah 534



IMAGINES MOR/
TIS SELECTIORES, CVM
stasixois

VALENT. VVAGNERI
CORONEN.

ITEM.

PRAECEPTA VITAE CHRL
TIANAE, ET ALIA QVAEDAM
Epigrammata, Carmine
Elegiaco.
Eodem authore.

Coronæ.
Industria ac sumptibus
Valent. VVagneri
Coron.

Rath 534

75



IMAGINES MOR/
TIS SELECTIORES, CVM
Aenassikois

VALENT. VVAGNERI
CORONEN.

ITEM.
PRAECEPTA VITAE CHRL
TIANAE, ET ALIA QVAEDAM
Epigrammata, Carmine
Elegiaco.
Eodem authore.

Coronæ
Industria ac sumptibus
Valent. VVagneri
Coron.

VALENT. VVAGNERVS CORON.
REVERENDO VIRO, DOMINO
FRANCISCO SALICAEO PASTO
ri Ecclesiæ Christi, quæ est
in Birthalben S.D.

Socrates, cū hausto ueneno iā moriturus esset, cerneretq; sibi adstātes amicos gemitibus ac lacrymis suis mōrōres testari, reprehendit eorū moliliciem, dicens, καὶ γέρες ἀκύνοσ, οὐ γὰρ θνητοί τε λευτᾶν, id est. Audīui etenim quod cum laude ac animo latiore uitam finire oporteat. Hoc optimi uiri exemplo uerè affici debemus, ut uitæ innocentia honestas laudes promererī studeamus, & tandem euocati ex terreno hoc habitaculo, cordatus ac felicius in æternæ patriæ consuetudinem transmigremus. Ea propter et has mortis imagines ex Georgij AEmylij libello selegi, quibus uersiculos nostros, & uenustiores sententias ex Bibliorum uolumine adiunxi. Volui autem hunc nostrum laborem sub tui nominis auctoratio-

spicio in publ. ædere, ut sit perpetuum pignus mutuæ nostræ arctissime amicitiae. Utinam harum picturarū sedula inspectione excitemur ad inquirendas mortis omniumq; humarum calamitatum causas, & instruamus nos aduersus fatorum impetus ac violentiam diuinis consolationibus, precipue spe promissæ resurrectionis, & futuræ æternitatis in coelesti patria. Neq; equidem hoc ærum noso tempore, quo omnes nostræ fortunæ, tanquam in mari malorū, horribilibus procellis periculosissem īactatur, ullum aliū portum aut profugii video, quā καλῶς καὶ γειτω ἀποθανεῖ. Quod ut (piè absoluto huius uitæ curriculo) nobis nostrisq; aliquādo contingat, Filium dei, uictorem Mortis, toto pectore oro.

Coronæ in Transiluania, pridie Idus Maij, Anno M.D.LVII.




GENESIS I.

Creauit dominus deus hominem ad
imaginem & similitudinem suam, ad i-
maginem dei creauit illum, Masculum
& Fœminam creauit eos.

Benedixit cip illis deus, & ait, Crescite
& multiplicamini, & replete terram, &
subjecite eam, & dominamini piscibus
maris, & uolatilibus coeli, & uniuersis
animantibus, quæ mouentur super ter-
ram.

Principo Dominus cœlum terramq; creauit,
Quicquid & hæc mundi machina uasta teneat.
Hinc formatur Homo, coniux cum coniuge: uiuunt
Exemplum, & ueri dulcis imago DEI.
Sed quia fallaciis decepti fraude draconis,
Infaustis comedunt noxia poma dapes:
Accensis domini sentiscunt protinus iras.
Illiue & pauidi uoce sonante tremunt.
Campisq; BL ysis misere pelluntur, ab illo
Tempore nos fatu subdita turba sumus.



GENESIS III.

Quia audisti vocē uxoris tuā, et cōedisti de ligno ex quo p̄ceperā tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laborib⁹ comedes ex ea cūctis diebus uitā tuā, Spinas & tribulos germinabit tibi et comedes herbas terræ.

Hinc tandem omne nephas, hinc uis fraudesq; dolig.
Odiaque & cedes insidiæ que fluunt.
Hinc tot morborum species, sc̄eique dolores
Sensim per longas inualuerit mortis.
Hinc primum uacuū Mors ultrix uenit in orbē,
Humanumq; premunt ab mala tanta genus.
Hinc maledicta tibi tellus sterilescit, & omnis
Vita catenato plenq; labore manet.
Donec humum subeas iterum, matrēq; reuiseq;
Puluis eras primum, tum quoq; puluis eris.

In sudore uultus tui uesceris pane tuo, donec reuertaris in terrā, de qua sumptus es, quia puluis es, et in puluerem reuerteris.

ROM. V.

Per peccatum mors intrauit in orbem.

IOB. XXV.

Nemo mundus à peccato corāte, nec infans, cuius est unius diei uita super terram.



IOB. VII.

Militia est uita hominis super ter
ram.

ECCL. III.

Graue iugum super filios Adam
a die exitus de uentre matris eorum,
usc^z in diem sepulturæ in matrem
omnium.

IOB. XIV.

Homo natus de muliere breui ui
vens tempore, repletur multis mise
riis, Qui quasi flos egreditur & con
teritur, & fugit uelut umbra.

PSAL. XLVIII.

Homo cum in honore esset, non
intellexit, comparatus est iumentis
insipientibus, & similis factus
est illis.



P SAL. LXXXIII.

Quis est homo, qui uiuet & non
uidebit mortem, eruet animam suam
de manu inferis?

DANIE. III.

Gradientes in superbia potest de-
us humiliare.

EZECH. VII.

Princeps induetur moerore, Et
quiescere faciam superbiam poten-
tium.

ECCLE X.

Rex hodie est, & cras morietur.

SAP. VII.

Nemo enim ex regibus aliud ha-
buit nativitatis initium. Vnus est om-
nium introitus ad uitam, & similis e-
xitus habetur.

IEREM. XVII.

Maledictus homo, qui confidit in
hominem, & ponit carnem brachi-
um suum, & a Domino recedit cor
eius.

Nemo dei decretum, & ineluctabile fatum,
Nemo, qui mortem fallere possit, erit.
Quos modo iam cernis uentoſo incedere fastu,
Turbabit uultu MORS impina suo.
Anxius inuidet magnates mœror & horror,
Pompaque tunc hominis nulla potentis erit.
Qui Rex est hodie, populisq; superbit & armis.
Mortuus exigua cras requiescat humo.
Non est, crede mihi, cunctis e regibus ullus,
Cui nascendi aliud ius uel origo fuit,



PSAL. CII.

Puluis sumus, homo sicut fenum,
dies eius sicut flos agri, sic ef-
florebbit.

ESAIAE. XI.

Omnis caro fenum & omnis glo-
ria hominis sicut flos feni.

SAP. II.

Transit uita nostra tanquam ue-
stigium nubis.

II. REG. III.

Omnes morimur, & quasi aquæ
dilabimur.

I. PARAL. XXIX.

Dies nostri sicut umbra prætere-
unt, & nulla est mora.

IOB. XLIII.

Memoria uestra comparabitur ci-
neri, & redigentur in lutum ceruices
uelstræ.

ECCLE. X.

Quid superbis terra & cinis?
Memento homo, quia cinis es, & in-
ciserem reuerteris.



Spes impij tanquam lanugo, quæ
à uento rapitur, & tanquam spuma
gracilis, quæ à procella dispergitur,
& tanquam fumus à uento diffusus,
& tanquam memoria hospitis unius
dici.

PSAL. XXXVI.

Vidi impium superexaltatum, &
eleuatum sicut cedros lybanii, & trā-
siui, & ecce non erat, & quæslui eum
& non est inuentus locus eius.

IOB. XX.

Laus impiorum breuis est, & gau-
dium hypocritæ instar puncti.

I. MACH. III.

Auerbis uiri peccatoris ne timue-
ritis, quia gloria eius sterlus & uer-
mis est, hodie extollitur, & cras non
inuenietur, quia conuersus est in ter-
ram suam, & cogitatio eius periret.

PSAL. XXXIV.

Mors peccatorum pessima.



MATT. XVI.

Quid proderit homini, etiā si mun
dum uniuersum lucratus fuerit, ani-
mæ uero suæ iacturam fecerit.

I. TIM. VI.

Nudus egressus sum de utero ma
tris meæ, & nudus reuertar illuc.

IOB. I.


Nihil intulimus in hūc mundū haud
dubium, quod nec auferre quic
quam poterimus.

ECCLE. V.

Sicut egressus est nudus de uen
tre matris suæ, sic reuertetur.


IOB V.

Visitans Speciem tuam, non
peccabis.





Cum mecum reputo tristissima secula uita,
Et quam sint uarijs omnia plena malis?
plus defunctorum securam laudo quietem,
Quam mundi uafros peruigilesq; dolos.
Mors melior uita, nūseros præsentialeti
Non adeo adspicu territat usq; suo
Ultima funerei cum fati aduenerit hora,
In refrigerio tum pius omnis erit.
O benē felices, o terē quaterē beatos,
Quicunque in uero mortem obiere deo.



IOB. X.

Tedet animam meam uita meæ.

ECCLE. III.

Laudauī magis mortuos quam ui-
uentes.

XXX.

Melior est mors quam uita.

SAP. III.

iu stus si morte præoccupatus fue-
rit, in refrigerio erit.

APOC. XIII.

Beati mortui qui in domino mo-
riuntur.

ECCLE. III.

Altiora te ne quæsiceris.

PROVER. VII.

Deus fecit hominem rectum & ipse se infinitis miscet quæstionibus.

ESAIAE. V.

Vx qui sapientes estis in oculis vestris.

LVC. III.

Medice cura te ipsum.

ECCL. II.

Moritur doctus, similiter & indotus.

JOB XXVIII.

Indica mihi si nosti omnia, Sciebas quod nasciturus essem, & numerum dierum tuorum noueras;

ECCLE. IX.

Nescit homo finem suum, Sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines.

Dic mihi si seriem rerum, si tempora mundi,
Si nosti quicquid fata diesque ferunt.
Tunc etiam nondum natus, longe ante uidebas
Extremum uitæ principiumq; tuae?
Ante ne p[re]scieras numerumq; etatis & annos?
Et quando hinc te mors euocatura forem?
Nunc artes inquiris tuas, curasq; te ipsum,
Auxiliatricem nunc tibi confer opem.
Seilicet ut pisces hamo falluntur adunco,
Et uolucres laqueo: Sic homo sa[nt]e perit:



RVTH. I.

Me & te sola mors separabit.

ECCLE. XLI.

O mors quam amara est memoria
tua, homini pacem habenti in substā
tijs suis, uiro quieto, felicique per om
nia, & adhuc ualentí capere cibum.

IOB. XXI.

Ducunt in bonis dies suos, & in
puncto ad inferna descendunt.

PSAL. CXLIII.

Homo uanitati similis factus est,
dies eius sicut umbra prætereunt.

I. THESS. V.

Dies domini sicut fur in nocte, ita
ueniet, cum enim dixerint pax & se
curitas, tunc repentinus eis superue
niet interitus.

I. PET. V.

Sobrii estote & uigilate,



IOB. XVII.

Spiritus meus attenuatus est, dies
mei breuiabuntur, & solum mihi su-
perest sepulchrum.

PSAL. CI.

Dies mei sicut umbra declina-
tunt, & ego sicut fenum arui.

SAP. II.

Quasi umbræ transitus est tem-
pus nostrum.

IOB. XVI.

Ecce breues anni transeunt, & se-
mitam per quam non reuertar am-
bulo,

ECCLE. XVIII.

Numerus dierum hominis, ut mul-
tum, centum anni, quasi guttae ma-
ris deputatae sunt.

II. CORIN. V.

Dum sumptus in hoc corpore, pe-
regrinamur a domino.

HEBR. XIII.

Non habemus hic manetem ciui-
tatem.

MAR. XIII.

Omnibus dico, Vigilate.



Qui male per ueritas properat ditescere fraudes,
Immensusq; audi pectori querit opes;
Et desiderijs uesperum infamibus aurum
Congerit, exitium non uidet ille suum.
Nam dum diuitijs inhabitat, gazarque recondit,
Furtiuisq; studet fallere queng dolis;
Occultis faci laqueis se se implicat excors,
Moris & incurrit præda petita manus;
Quilibet hæc uerè moueant. En hora propinquat,
Magna dies domini præcipitata uenit.



PROVER. XXI.
Qui congregat thesauros mendacij, uanus & excors est, & impinguetur ad laqueos mortis.

I. TIM. VI.
Qui uolunt ditescere, incident in tentationem & laqueum, & cupiditates maultas, stultas ac noxias, quæ demergunt hominem in exitium & inferitum.

HABAC. II.
Væ ei qui multiplicat non sua.

PROVER. XI.
Non proderunt diuiciæ in die ultionis.

MATTH. XXVI.
Ecce appropinquat hora.

ESA. XXXVIII.
Dispone domui tua, morieris enim tu & non uiues.

III. REG. I.
De lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris.

Quis tibi felicitus in longos prospicis annos,
Augurio falso pectora cæca fous.
Hæc te nocte uocant (dum spe meliore tumescis)
Et repetunt animam fata supraemam tuam.
Quis iam per fraudes: per fas nefasque reponit,
Quis tunc magnifica hæres habebit opes?
Non tunc descendet tecum tua gloria, uermes
Serpentesq; inter putre cadauer eris.
Nascitur ut nudus tumida genitricis ab alio,
Sic gerram nudus mox subit omnis homo.



LVC. XII.
Stulte hac nocte repetunt animam
tuam, & quæ parasti cuius erunt.

PSAL. XXXVIII.

Thesaurizat & ignorat cui con-
gregabit ea.

IOB. XVII.

Diues cū dormierit, nihil secū aufe-
ret, aperiet oculos suos, et nihil
inueniet.

PSAL. LXXV.

Dormierunt somnū suū, & nihil in-
uenerūt omnes uiri diuitiarum suarū.

PSAL. XLVIII.

Cum interierit non sumet secum Ó-
nia, neçā cū eo descendet gloria eius.

ECCLE. X.

Cum morietur homo, hæreditas
bit serpentes & bestias, & uermes.



IOB. XVI.

Ego quondam opulentus repente
contritus sum.

SAP. V.

Quid uobis profuit superbia, aut
dieuitiarum iactantia quid contulisse
nobis.

SAP. II.

Ex nihilo nati sumus, & post hoc
erimus tanquam si non fuerimus.

I. PARAL. XXVIII.

Si dereliqueris deum, projiciet te
in æternum.

IOB. XXI.

In puluere dormient, & uermes o-
perient eos.

IOB. XIII.

Ecce luna non splendet, & stellæ
non sunt mundæ in conspectu dei,
quanto magis homo putredo & fili-
us hominis uermis.





Nunc intende oculos cælo, mentemq; fidem,
Nunc ueris precibus solicitato deum.
Sic uigil, haud hominū quisquam (miserabile dictu)
Victimæ mortis spicula dira uidet.
Certa dies domini, sed non præcognita nobis
Ingruit, heu subito nos breuis hora rapit.
Ergo age iam memori perpende nouissima corde,
Iudicij extremi prospiciasque diem.
Sic fœdum fugies, & inexcusabile crimen,
Nullaque offendes impietate deum.



MAR. XIII.

Vigilate & orate.

MATTH. XXIII.

Vigilate, quia nescitis qua hora uē
turus sit dominus.


ECCLE. VII.

Memorare nouissima, & in æter-
num non peccabis.

PSAL. LXXXIX.

Dies annorum nostrorum septua-
ginta anni, Si qui autem uiuidiores
sunt, octoginta, & quod eorum opti-
mum est, labor & dolor.

10
Viucere nos sancte rapidi meditatio leti,
Et posita ante oculos tristis imago iubet.
Occultum ius est, & ineuitabile fati,
Mors, licet incerto tempore, certa uenit.
Ut cœrata suo candela absumitur usu,
Fænumq; est subito, quod modo gramen erat.
Sic decor & fragilis uentosi gloria mundi,
Concidit, & siu floris & instar abit.
Omnia mors æquat, mors ultima linea rerum,
Ille bonum summum, qui bene uixit, habet.



SAP. II.
Exiguum & cum tedio est tempus
uitæ nostræ.
GENE. XXXVII.
Dies peregrinationis uitæ meæ
centum triginta annorum, sunt pau
ci et mali.

APOC. VIII.

Væ, uæ, uæ habitantibus terram.

GENE. VII.

Cuncta in quibus spiraculum uitæ erat, mortua sunt.

ROM. XIII.

Omnes stabimus ante tribunal.

LVC. XVI.

Redde rationem.

II. PETR. III.

Vix iustus saluabitur.

II. TIMOTH. II.

Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit.

LVC. XVII.

Mementote uxoris Loth.

MATTH. X.

Qui perseuerauerit usque in finem
hic saluus erit.

IOANN. V.

Veniet hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audiēt vocē filij dei,
& procedent qui bona fecerunt in resurrectionem uitæ qui uero mala egerunt in resurrectionem iudicij.

PSAL. C. I.

In memoria æterna erit iustus.



Væ, uæ uæ nobis mœsto qui uiuimus orbe,
Milleq; captamus gaudia mixta malis.
Mox mundi exuti luxu curisq; tremendum
Iudicis æterni stabimus ante thronum.
Scilicet ut uitæ rationem æuiq; peracti
Altitono reddat quisq; repente deo.
Nemo coronatur pulchre nisi certet, & hostem
Prosternat ualida deyciat manu.
Da nibi Christe precor properantē uincere morte,
Adspectuq; tuo mox propiore frui.

PSAL. CXLIX.

Exultabunt sancti in gloria.

SAP. III.

Iustorum animæ in manu dei sunt
& non tanget illos tormentū mortis.

SAP. V.

Iusti in perpetuum uiuent, et apud
dominum est merces eorum.

MATTH. XIII.

Iusti fulgebunt sicut sol in regno
patris.


APOCAL. II.

Esto fidelis usque ad mortem, &
dabo tibi coronam uitæ.

I. CORINTH. II.

Oculus non uidit, nec auris audi-
vit, nec in cor hominis ascendit. quæ
præperauit dominus his qui diligunt
illum.






Centimetres

TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



PRAECEPTA
VITAE CHRIS-
TIANAE.

VALENT. VVAGNERI CORON.

Vulgus nec Cœlum, nec Famæ nomina curat,
Verus in excelso pectore regnat honor.

CORONÆ.
M. D. LIII.



